Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527380-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527380-p0002-1

957.
1698 13m 12

Q. F. F. Q. S.

# GOTHOFREDI ANTONII, IC.

DISPVTATIO FEVDALIS XII

De

# DEVOLVTIONE FEVDI FINITI ET AMISSI,

Quam

*Cum Corollariis ex Iure Publico,*

ad ductum Inſtitut. Per-Illuſtris Dn. de RHEZ

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

## IO. SAMVELE STRYKIO

I.V.D. & Profeſſore Publ. Ordinario,

*D. XXXI. Decemb. A. O. R. MDCXCIIX*

Placidæ diſquiſitioni publicæ ſubmittit

IO. CHRISTIANVS Menntzel/

Vratislauienſis.

---

*HALAE MAGDEBVRGICAE,*

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527380-p0003-7

# COROLLARIA
## *Ex Inſtitut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz*
Lib. II. Tit. 7. & ſeq.

I.

PRiuilegium licet deroget legi, lex tamen nihilominus eſt, & omnes obligat, licet vni tantum proſit.

2. Priuilegium ex mera gratia conceſſum non aliter reuocabile dicendum, quam ſi hoc ſalus publica exigat: Principis enim vna lingua & vnus calamus eſſe debet.

3. Priuilegia per contractum ſeu titulo oneroſo quæſita, perpetua eſſe vulgo aſſeritur; Verum & hoc intelligendum rebus ſic ſtantibus, vel niſi ex euentu noceant Reipubl.

4. Ius aggratiandi qua ius diuinum non reſiſtit, Principibus Imperii liberum eſt, nec crimen læſæ Maieſtatis excipimus.

5. Aſylorum conſtitutio, pro ratione moderna exercitii iurisdictionis criminalis, in Germania otioſa eſt.

6. Principem in ſuo territorio famæ reſtituere poſſe illum, qui ex alterius territorio cum infami pœna dimiſſus, certum eſt.

7. Imperator vel Princeps ſpurium legitimando, non poteſt ipſi ius ſuccedendi patrem concedere hoc inuito, licet de cætero iure legitimorum gaudeat.

8. Debitore obærato indultum moratorium concedere poteſt Princeps, non vero quicquam de ſorte remittere.

9. Re-

9. Retorſiones iuris iuſtæ ſunt, ſed iniuriarum iniuſtæ.

10. Venia ætatis a Principe conceſſa territorium non egreditur, licet contractus illic celebratus, vbique locorum valeat.

11. Ius nundinarum vniuerſalium vulgo Imperatori adſcribitur, ſed hoc ad locum nundinarum male applicatur, cum quisque Princeps in ſuis ciuitatibus nundinas ampliſsimis priuilegiis munire poſsit.

12. Ius conducendi per alienum territorium ſeruitutis publicæ rationem habet: Omnia enim regalia Principum quatenus in alieno exercentur, ſeruitutes ſunt.

13. Vti Germaniæ ciuium libertati merito adſcribitur aliorſum ſe conferre poſſe, ita iuſtum tamen eſt, ut ſuorum bonorum partem relinquant Principi vnde diſcedunt.

14, Ius inſtituendi vectigal nouum adeo reſtrictum eſt, vt nec Imperator plurium Electorum ſuffragio concurrente id concedere poſsit, ſed vnius diſſenſus potior reliquorum conſenſu.

15. Extenditur hoc in Capitulatione Cæſarea, vt nec nomine Acciſæ id liceat: Hoc ipſo tamen non prohibentur Status Imperii acciſam in ſuo territorio inſtituere, citra conſenſum Imperatoris, modo non grauentur merces tranſeuntes.

# DISPVTATIO FEVDALIS XII.

# DE DEVOLVTIONE FEVDI FINITI ET AMISSI, EIVSQVE FRVCTIBVS ET IMPENSIS.

## Thesis Prima.

FEudum amiſſum *a* nonnunquam ad dominum, nonnunquam ad agnatos deuoluitur. Ad dominum *b* deuoluitur, *c* ſi delictum in dominum fuerit commiſſum *d*, ſiue feudum nouum ſit *e* ſiue antiquum *f*.

a) *Vt ſuprà diſput. præced.* Etiam alienatione absque permiſſu domini facta, *c. 1. §. denique* Schenck. Baro, *num. 5. & 6. 2. F. 24. quæ fuit pri. ca. ben am. c.* 1. *§. his omnibus, quib. mod. feud. am.* 1. *F. 5. c. unic. quid jur. ſi poſt alien. 2. F. 44. c. 1. § callidis, de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.* Roſenth. *c. 9. concl. 64.* Borch. *de feud. c. 8. n. 34.*

b) Excluſis ſolum deſcendentibus ſed & agnatis omnibus, *c. 1. an ille qui interf. frat. 2. F. 37. c. 1. §. fin. in pr. & ibi gl. in verb. proximos,* Schenk. Baro, *num* 1. *quæ fuit prim. ca. ben. am. 2. F. 24.*

c) Irreuocabiliter & in perpetuum, non quamdiu viuit poſſeſſor, *c. 1. §. fin. quæ fuit pr. ca. ben. am. 2. F. 24. c. 1. §. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defuncti cont. ſit. 2. F. 26. d. c.* 1. *an ille qui interf. frat. c. 1. ſi vaſall. feud. priu. 2. F. 31.* Roſenth. *cap. 11. concluſ. 5. num. 3. & concluſ. 9. num. 8.* Fach. *7. controu. 22.* Diſſent. Hart. Piſtor. *lib. 2. par. 1. q. 15. num. 27.* Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud. tit. de feud. ex pact. & prouid. antiq. 3. num. 88.* Aluar. *ad d. c. 1. §. fin. quæ fuit. pr. ca. ben. am.* Cuiac. *lib. 4. Feud. tit. 78.* Iacob de Ardizo *in c. 135. verſ. item ſciendum eſt.*

d) Vel directò, vel per conſequentiam, *vt ſupr. diſp. præced. th. 2. lit. b.* Etiam quando vaſallus feudum à domino poſſeſſum contra diſpoſitionem, *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi,* violenter inuaſerit, cum ius ſuum aliter contra eum perſequi potuiſſet, *c.* 1. *§. ſi duo homines*, vbi gloſſ. & Schenk. Baro, *de pace tenend. & eius violat. 2. F. 27.* Aluarot. *ibid. num. 3.* vbi & Bald. *n. 7.* Præpoſ. *verſ. nota quod per inuaſionem.* Schrad. *c 9. num. 2. q. 9.* Si inueſtituram debito tempore incuria & negligentia non petierit, *c. 1. §. præterea ſi quis. d. prohib. feud. alien. per Frid. 2.* F. *55. d. c. 1. quæ fuit prim. ca. ben. amit. c. 1. quo temp. miles inueſtituram, 1.* F. *22.* Bald. *in c. 1. num. 3. verb. & poteſt poni ſi vaſall. feud. priv. 2. F. 31.* Iacob. de S. Georg. *in verb. qui quidem inueſtiti, num. 46.* Sonsbec. *p. 13. num. 13. & 14.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527380-p0007-9

Borch. *c. 8. n. 4. 5. & 141.* Vult. *d. feud. lib.* 1. *c. 11. n. 23.* Roſenth. *c. 11. concl. 27.* Fach. *7. controuer. 25.* Intrigliol. *in cent. feudal. q. 94. n. 9. & q. 97. n. 106.* Moz. *in. tract. de feud. tit. de ſubſtant, feudi, n. 40. 41.* Mynſing. *cent. 5. obſeru. 9.* Diſſ. Iſern. *in d. c 1. ſi vaſall. feud. priu.* Aluarot. *in c. 1. concl. 2. quæ fuit prim. ca. ben. amit.* Hart. Piſt. *lib. 2. par. 1. quæſt. 18. num. 6.* Curt. iun. *in tract. de feud. p. 5. num. 12.* Item: Si vocatus à domino ſeruitiorum præſtationem detrectauerit, iuſtitiam denegarit, dominum cucurbitarit, aut mulieris, vel alterius perſonæ cuiusdam, domini poteſtati vel affectui ſubiectæ pudicitiam attentauerit, Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud. t. 2. ſect. 2 num. 75. & ſeq.* Vult. *d. c. 11. n. 22. & ſeqq.* Borch. *c. 8. num. 91. & ſeqq.* Mozz. *in tit. ex quib. ca. feud. amit. & fin.* Intrigl. *d. cent. feud. q. 73.* Si fratrem domini proditoriè in contemptum & odium domini occiderit, *gloſſ. in ca. 1. §. ſimiliter ſi dom. in verb. fratrem ſuum, quib. mod. feud. amit.* 1. F. 5. Schenck Baro, Alvarot. & Iſern. *in c. 1. an ille qui interf. fratr. ſuum.* 2 F. 37. Iacob de S. Georg. *in verb. adhærentibus, num. 1. & verb. dictique vaſalli. &c, num. 62.* Roſenth. *c. 11. concl. 15.*

e) *arg. d. c. 1. §. fin. quæ fuit pri. ca. ben. amit.* & ibidem Aluar. *concl. 1. c. 1. §. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. def. cont. ſit, c. 1. §. item ſi fuerint*, & ibi Schenck Baro, *num. 1. quib. mod. feud. amit.* Etiamſi ſit acquiſitum pro ſe & filiis, aut etiam pro fratre & agnatis, Zaſ. *par. 10. n. 100.* Vult. *d c. 11. n. 70.* Clarus *in §. feudum, q. 66. n. 2.* Roſenth. *c. 9. concl. 53. & c. 11. concl. 1.* Fach. *7. contr. 26.* Hart. Piſtor. *lib. 2. p. 1. q. 16. n. 9.* 10. 11. Niſi filiorum aut fratrum factum, (quemadmodum in Saxonico territorio agnatorum per ſimultaneam inueſtituram, Hart. Piſt. *l. 1. p. 2. q. 20.* [Carpz. *P. 3. C. 27. d. 1.*]) ſimul interueniſſet, ſiue acquirendo, ſiue pro ſe & liberis aut fratre quæſitum ratificando, *l. perfacta, Cod. de donat. quæ ſub mod.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 98. C. de bon. mater.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 67. n. 6.* Alciat. *reſp.* 160. *n. 25.* Thoming. *deciſ. 23. n.* 7. Roſenth. *d. c.* 11. *concluſ. 2.* Aut æquè principaliter filio, vel eius contemplatione ſimul datum, Io. Köppen. *deciſ. 54. n.* 13. Fach. *7. controuerſ. 5. lit. D.* [Schulz. *ſyn. feud. cap.* 11. *n. 62.*] aut conceſſum ſingulis in ſolidum, vt vnius delictum alteri obeſſe non debeat, aut alias de mente concedentis conſtet, quod non voluerit filium ob patris delictum feudo priuari, Gozadin. *conſil. 84. n. 18. & 19.* Burſat. *conſ. 225. n.* 101. *vol. 2.* Roſenth. *c. 11. concl. 3. c. 9. concl. 66. c. 10. concl. 39. num. 37.* Vult. *d. c.* 11. *n. 84. verſ. hinc valde probo.* Mozz. *d. t. ex quib. ca. feu. amitt. nu. 39. verſ. limitatur primò.* Quod tamen in dubio non præſumitur, vtcunque hæ (alicui & eius generi, vel pro ſe & filiis) in inueſtitura re-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527380-p0008-4

ra reperiantur formulæ, Hartm. Piſtor. *lib. 1. par. 2. q. 16. n. 30.* Roſenth. *d. loco c. 9. concl. 66. n. 5.* Sonsbec. *par. feud. 13. num. 6.* Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud. lib. 2. par. 2. n. 92.* Diſſ. Curt. *par. 5. n. 5.* Iacob. de S. Georg. *in §. dictique vaſalli, num. 58.* Balzeran: *in c. 1. n. 12. ſi vaſall. feud. priv.* Menoch. *conſ. 161. n. 33. & ſeqq.* Niſi ſint propriis nominibus non minus quàm parens in conceſſione feudi nominati, Iſern. *in c. 1. in prin. de ſucceſſ. feudi, 1. F. 8.* ibidem Balzeran. *ad prin. tex. num. 16.* Aluarot. *in c. 1. §. fin. n. 10. quæ fuit prim. ca. ben. amit.* Iacob de S. Georg. *d. loc. num. 58. verſ. tertiò limitabitis.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 767. n. 6.* Gozad. *conſ. 4. num. 30.* Menoch. *conſ. 161.* Roſenthal. *c. 9. concl. 66. num. 60.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 142.*

f) *arg. d. c. 1. §. denique, ibi: dummodo fuerit paternum, quæ fuit pri. ca. ben. am.* [Verior eſt ſententia, quod feudum ſi felonia *in Dominum* commiſſa, poſt mortem Vaſalli & filiorum eius a domino ad agnatos redeat; ſi *in extraneum*, ad agnatos ſtatim deuoluatur ſucceſſio excluſis filiis & Domino. Quam ſententiam defendit Struv. *c. 15. th. 14. & 15.* Vltimo tamen caſu iure Saxonico filii feudum retinent. Carpz. *p. 3. C. 27. d. 3.* Quid in feud. Imp. obtinere debeat, videre eſt ap. Itterum. *c. 24. §. 12.*] Paternum autem non cum Dyno *in c. non debet, n. 7. de Reg. I. in 6.* accipimus de nouo, quod eſt a patre acquiſitum, ſed quod eſt à maioribus profectum, Curt. iun. *par. 5. num. 1. & 2.* Iacob. de S. Georg. *in d. §. dictique vaſalli, n. 58.* Præpoſ. *n. 3. concl. 3.* Schenck. Baro, *num. 1. ad d. tit. quæ fuit prim. ca. ben. amit.* Vult. *d. c. 11. num. 71.* Mar. Ant. Peregr. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 5. n. 108. & 115. verb. ſed contra,* Burſat. *conſ. 225. n. 185. vol. 2.* Menoch. *conſ. 304. n. 21. 22. & conſ. 534. num. 13.* Balzeran. *in c. 1. §. præterea, verſ. aliam partem, quæ fuit prim. ca. ben. amitt.* Roſenth. *c. 11. concl. 5. 8. 9.* Niſi feudum fuerit pactionatum, pacto & prouidentia primorum contrahentium acquiſitum pro ſe & liberis, Zaſ. *p. 10. n. 98.* Burſat. *d. lo. n. 187.* Gozad. *conſ. 84. n. 14.* Roſ. *d. c. 11. concl. 5. n. 1.* Iacob de S. Georg. *d. lo. n. 60.* Diſſ. Hartm. Piſt. *lib. 2. par. 2. q. 16. n. 9.* Balzeran. *c. 1. §. denique, n. 12. quæ fuit pr. ca. ben. amit.* Fach. *lib. 7. contr. 23.* Peregr. *de iur. fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 113.* Diſſen. aliter Sonsbec. *par. 13. n. 6.* vel pro ſe, filiis & deſcendentibus, cum facultate, vt vnus ſuccedat alteri, de vno in alium, omnibus principaliter, Aluar. *in d. c. 1 §. denique* Hart. Piſt. *lib. 2. p. 1. q. 1. n. 18.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 13. n. 17. & 18.* Item: ſi conceſſum familiæ, Thom. de Marin. *tit. 2. n. 92.* Curt. *par. 5. n. 50.* Hart. Piſt. *d. lo n. 19.* Schrad. *p. 2. c. 3. n. 29.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 8. n. 28.* Roſ. *c. 11. concl. 5. n. 14. & c. 2. concl. 38. n. 6.* Pinel. *in l. 1. par. 3. n. 84.*

*C. de bon. mater.* (non heredibus de familia Roſent. *d. concl.38. num.8.* Thom. de Marin. *tit.5. n.*11.) proli in omnem eius generationem, Hart. Piſt. *d. loc. n.20.21.* generi tuo & poſteris tuis, für die jenigen / ſo deines Stammes und Nahmens ſeind / oder für deine Nachkommen / Roſent. *d. concl.38.n.7.* [Hæc limitatio vix quidquam operatur cum conceſsio pro familia vel prole nihil aliud efficiat, quam vt hoc feudum ratione familiæ ſit antiquum & ſic in hoc feudo nihil amplius iuris habere poſſunt ſucceſſores quam in feudo antiquo ordinarie habet. Quæ tamen omnia per ſe ceſſant, aſſumpta Struuii ſententia antea adducta] vel ſi vaſallus in dominum ſtudioſe, eo conſentiente deliquerit, *arg. l. fin. in pr. ff. de eo per quem factum erit*, Gail. *lib. 2. de pac publ. c.13. n.*18. Iacob de S. Georg. *ad. §. dictique vaſalli, n.58.* Vult. *d. lib.*1. *c.* 11 *fol.747.* Roſ. *c.*11. *concl.9. n.7. in fin.* Zaſ. *par.* 10. *n.* 101. Curt. *par.5. n.6.* Mozz. *d. tit. fin. ex quib. ca. feud. am. n. 39. verſ. limitabitur quarto.* Quo tamen caſu remiſsio in præiudicium agnatorum fieri nequit, *arg. c.* 1. *ſi vaſallus feudo priuetur*, 2. *F.* 31. Roſ *c.*10. *concl.39. n.2.* Sonsbec. *par.*13. *num.6.* Schrad. *par.2.p.9. ſect.*14. *q.*75. *n.38. in fin.*

## II.

Et quidem pluribus dominis *a* exiſtentibus, non primo & mediato *b*, ſed proximo, & vaſalli delinquentis *c* immediato *d* feudum aperitur *e*

a) Quorum alter ſuperior, vel mediatus, alter inferior, & immediatus.

b) Niſi in ipſius perſonam felonia commiſſa fuerit, & vaſallus, ſubuaſallum, domino requirente ad ſatisfactionem, compellere noluerit, Schenck. Baro *in c.1. §. illud quoque de prohib. feud. alien. per Frider.* 2. *F.* 55. Zaſ. *p.* 10. *num.59.* Sonsbec. *p.*12. *num.4.* Iacob. de S. Georg. *in §. dictique vaſalli, num.* 11.

c) Etiam absque conſenſu domini vtriusque feudum alienantis, per ea quæ tradit Roſenth. *in c.9. concl.32. num.18.* Zaſ. *par.9. num.34.* Hartm. Piſtor. *lib.2. part.2. q.45. n.13. & ſeqq.* Sonsbec. *part.12. num.91. & 92.* Menoch *libr.3. præſumpt.102. num.10.* Diſſ. gl. *in c. Imperialem, §. illud. quoque, in verb. niſi ſit requiſitus, de proh. feud. alien. per Frider.* vbi & Schenk. Baro, *num.1. & c.1. num.7. quib. mod. feud. amit.* Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud. tit.2. p.2. de feud. ex pact. & prouid. ant. n.32. & 33.* Curt. *par.4. n.80.* Burſat. *conſ.49. & conſ.91. n.2. vol.1. conſ.165. n.51. vol.2.* Menoch.

*conſ.*

*conſ. 226. n. 184.* Io. Koppen. *deciſ. 54. num. 3.* Et multò magis, quando vaſallus feudum habet particulare à comitatu, Ducatu, vel Marchionatu dependens, Roſenth. *d. loc. n. 8. concl. 67. n. 3.*

d) *d. c. Imperialem*, §. *illud quoque præcipimus*, *de prohib. feud. alien per Frider.* vbi Iacob de Beluiſo *in verb. quæritur*, Iacob de S. Georg. *d. loc.* Zaſ. 10. *n. 58.* Sonsbec. *part.* 13. *num.* 45. Hart. Piſt. *lib. 2. p. 2. q. 17. n.* 13. *& in fin.* [Hinc & ſi crimen læſæ Mai. in Imp. vel Electores commiſſum omnia quidam bona confiscantur, ſed ab eo Principe in cuius territorio ſita. *Cap. Leopold. art. 27. & Cap. Ioſeph. art. 26.*]

e) Si plures ſint, vnicuique ſua portio, ſi in ſingulorum perſonas eſt commiſſum delictum, ſi in vnum tantum, læſo pars ſua, qua ſola etiam vaſallus cadit, applicatur, *c.* 1. *de vaſallo qui contra conſtit. Lothar. 2. F. 38.* Roſ. *d. c.* 11. *concl.* 18. *n. 4.*

### III.

## Agnatis *a* vero proximoribus feudum defertur *b* ſi in extraneum *c* deliquit vaſallus: filiis excluſis *d.*

a) *arg. d. c.* 1. §. *fin. quæ fuit prim. ca. ben. am. c.* 1. *an ille qui interf. fratr. ſui dom. 2. F. 37. c.* 1. *vaſall. feud. priv. 2. F.* 31. Curt. iun. *part. 5. num.* 10. Statim viuente etiam adhuc delinquente vaſallo, Iſern. *in c.* 1. §. *hoc quoque ver. & olim*, *col.* 1. *de ſucceſſ. feudi*, 1. *F. 8.* Aluarot. *in d. c.* 1. §. *fin. quæ fuit. prim. ca. ben. amit. concluſ.* 12. Schenk. Baro, *in c.* 1. *ſi vaſall. feud. priv.* Roſenth. *d. c.* 11. *concl. 10. num.* 2. [Struv. *d. th. 15.*] Diſſ. Iacob. de Ardizo *in ſum. tit. quib. mod. feud. amit.* 1. *F. 5.* Matth. de Afflict. *in d. c. 1.* §. *fin. quæ fuit pr. ca. ben. amit. n. 4.*

b) Non ei demum, qui eſt in quarto, vel vlteriori gradu conſtitutus, *arg. l. crim. ff. de pœn. l. ſancimus, C. eod. l. ius noſtrum, ff. de Reg. Iur. c. 1. an ille qui interf. fratr. dom. ſui, 2. F. 27. c. 1.* §. *fin. quæ fuit pr. ca. ben. amitt.* Iſern. *in c. 1.* §. *ſi vaſallus culpam*, *ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. 2. F. 26. c. 1. ſi vaſall. feud. priv. cui deferatur, 2. F. 31.* Aluar. *in d. c. 1.* §. *fin.* Hart. Piſt. *lib. 2. p. 2. q. 15. n. 9.* Fach. *lib. 7. controv. 21.* Roſenth. *c.* 11. *concl. 10. n. 3.* Diſſ. Iacob de Beluiſ. Schenck Baro *in c. 1. ſi de feud. defunct. cont.* Iacob de S. Georg. *in* §. *dictique vaſalli*, *num.* 53. Curt. *in part. feud.* 5. *num.* 10. Zaſ. *part. 10. n. 103. & ſeqq.* Duaren. *de feud. c. 17. n. 3.* Sonsbec. *part.* 13. *n. 8.* Borcholt. *de feud. c. 8. n. 152.* Mozz. *d. tit. fin. ex quib. ca. feud. amit. 12.* 123. *verſ. intelligendo.* Clarus. *in* §. *feudum*, *q. 66. n. 6.* Burſat. *conſil.* 148. *n. 7.* Menoch. *vol.* 1. *conſ. 99. n.* 148.



c) Pu-

c) Puta: ſi inceſtum commiſit, ſi homicidium ſimplex, proditoriè quidem, ſed non in domini contumeliam, patrauit, [ob ſolum homicidium ſine proditione Vaſalli non amittitur feudum Struv. *d. c. 15. th. 10. n. 2. & 5.*] vel ſi propter infamiam in curia domini ſtare honeſte nequit, & ſimilibus, Roſenth. *c.* 11. *concl. 15. n. 9.* Idem eſt ſi vaſallus alium feudum tenentem vi deiiciat, Diſſ. Curt. iun. *in part. 5. de feud. num. 15.* Menoch. *Remed. 9. recuper. poſſ. n. 260.* Niſi ſit merè hereditarium, & in heredem extraneum tranſitorium, Menoch. *d. Remed. 9. recup. poſſ. num. 225.* Molin. *in conſuet. Par. tit.* 1. §. 1. *gl. 5. num. 62.* Schrad. *part. 9. c. 9. num. 2.* vide Roſenth. *c.* 11. *q. 16.*

d) *arg. c.* 1. *ſi vaſall. feud. priu. 2. F. 31. d. c. 1. §. fin. quæ fuit pr. ca. ben. amit.* & ibidem Balzeran. *in § præterea, num. 21. verb. aliam partem*, Peregrin. *de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 108. & 113. verſ. ſed contra*, Burſat. *ex crebriori conſil. 225. n 185.* Menoch. *conſ. 304. n. 21. 22.. & conſil. 534. num. 13.* Iul. Clarus *in d. §. feudum. q. 66. num. 3. 4. 6.* [Struv. *d. l. th. 15.*] niſi vaſallo delinquente feudum apud auum adhuc reſideat. Aluarot. & Præpoſ, *n. 1. in fin. iu d. c.* 1. *ſi vaſall feud. priv.* Iacob de S. Georg. *in d. §. dictique vaſalli promiſerunt, n. 60.* Hart. Piſt. *lib. 2. part. 1. q. 16. n. 33.* Zaſ. *part. 10. n. 98.* Sonsbec. *part. 13. n. 37.* etiamſi pater auum ſuperuixerit, Roſenth. *c. 11. concl. 6. num. 6.* [Sic enim Nepotes non patri ſed auo ſuccedunt: Et pater cum peccaret, nondum fuit vaſallus.] Et multò magis, ſi auus patrem exheredem ſcripſerit, etiamſi is contra auum nihil commiſerit, Roſ. *d. lo. num. 11. & c. 7. concl. 21.*

## IV.

Bonis igitur vaſalli publicatis *a* feudum *b* in fiſcum *c* non tranſit, *d* ſed poſſeſſori ademptum *e* ſtatim *f* vel ad dominum *g* vel ad agnatos *h* vel etiam ad filios, *i* ſecundum cuiusque feudi naturam, & ſuprà traditas diſtinctiones, delabitur.

a) Etiam ob crimen læſæ Maieſtatis, Ægid. Boſſ. *in prax. criminal. tit. de publicat. bonor. num. 60.* Corb. *de iure emphyt. c. 7. num. 24.* Oldrad. *conſ. 17.* Burſat. *conſ. 43. num.* 15.

b) Niſi ſit ad quosuis heredes, adeoque extraneos quoque tranſitorium. Roſenth. *c.* 11. *concl. 12.* Boſſ. *d. tit. de bon. publ. n. 19. 20.* 53. 54. Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 14. n. 3.* Mozz. *de feud. tit. de ſubſtant. feudi, num. 98.* vel ſtatuto & conſuetudine aliud fuerit inductum, Roſenth. *d. l. num. 15.*

Ita

Ita quoad crimen læſæ Maieſtatis in dominio Veneto obſeruari, teſtis eſt, Pereg. *d. loc. num.* 111. *in fin.* & in Gallia hanc inoleuiſſe conſuetudinem, affirm. Boërius *in quæſt 264. num. 9.* Tiraq. *ad retract. §. 1. gl. 3. num. 12.* Quibus tamen caſibus, fiſcus illud in alium extra manum mortuam, qui ſub priſtinis conditionibus, ſeruitiis & qualitatibus à domino recognoſcat, transferre debet Roſenth. *c. 11. concluſ. 11. num. 15. & concluſ. 12. n. 7.*

c) Scilicet, cum fiſcus diuerſus eſt à domino feudi, Roſenth. *d. c. 11. concl. 11.* Vaſallagium enim ſubditum non efficit, *Clem. Paſtoralis. & ib. gl. in verb. ſubfuit, de ſent. & re iud* Matth. de Afflict. *in c. 1. in pr. qual. vaſall iur. dom. priu. 2. F. 47.* Oldrad. *conſ. 43. n. 8. in q. 6.* Roſenth. *c. 11. concl. 14. n. 2. c. 5. concl. 69. num. 5.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 13. n. 20.* Niſi quoad feudum, vt eo priuari & ſuper eo ius dici poſſit, Roſenth. *d. loc.*

d) Bald. *c. 1. §. ſi vero vel in totum, num. 3. qual. olim. feud. pot. ali. 2. F. 9.* Schenck. Baro *in d. c. 1. §. denique num. 7. quæ fuit prim. ca. ben. am. 2. F. 24.* Iacob. de S. Georg. *in verb. dictique vaſalli, num. 61. & 63.* Zaſ. *par. 10. num. 99.* Sonsbec. *part. 13. num. 50. & ſeqq.* Thom. de Marin. *de gen. & qual. feud. tit. 7. de feud. hered. no. c. 7.* Gigas. *de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 15. & in q. 16.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 5. d. tit. num. 106.* Vult. *d. c. 11. num. 116.* Hart. Piſtor. *2. q. 15. num 7. verſ. non reluctatur*, Fach. *7. controv. 20.* Roſenth. 11. *concl.* 11.

e) Zaſ. *d. l.* Sonsb. *d. l. n. 51.* Schrad. *part. 9. c. 9. n. 16.* Roſenth. *c.* 11. *concl.* 11. *n. 2.* Diſſ. Iacob. de S. Georg. *d. l. n. 63.* Curt. iun. *part. feud. 4. n. 42. & p. 5. n. 14.* Fach. *7. controv. 20. verſ. quinta igitur.* Quod & in Germania paſſim vſu receptum eſſe, Zaſ. *d. l.* volunt tamen, ſi feudum ſit Eccleſiaſticum, præter ſententiam publicationis a magiſtratu ſeculari latam, interuenire debere parium Eccleſiæ ſententiam, *per Clem. Paſtoralis, de ſent. & re iudicat. lib. 6.* Bald. *in l. 1. q. 42. n. 34. ff. de reb. dub.* Aluarot. *in c. 1. §. fin. num. 5. in fin. de prohib. feud. alien. per Frid.* vbi & Præpoſ. *n. 3.* Schrad. *part. 9. c. 9. num. 17.* Vult. *lib.* 1. *c.* 11. *num.* 116. Roſenth. *d. loc. concl.* 11. *n.* 11. Idem eſt, ſi publicatio facta ſit ab eo, qui ſeparatam omnino iuriſdictionem habet a iuriſdictione domini, vel eius cui ſubeſt feudi dominus, Roſenth. *d. concl.* 11. *n. 13.*

f) Non expectata morte vaſalli delinquentis, Roſenth. *d. concl.* 11. *n. 9.*

g) Iſern. *in c. 1. §. ſi vero violator, n. 4. de pace tenenda, 2. F. 27.* Curt. iun. *part. 4. n. 42.* Peregrin. *d. tit.* 1. *num.* 112. Gail. *2. de pac. publ c. 14. n. 16.*

h) Aluarot. *in d. c. 1. §. deniq., n. 26. concl. 38.* Præpoſ. *n. 4. quæ fuit prim. cauſ. ben. am.* Sonsbec. *p. 13. n. 62. & ſeqq.* Zaſ. *part. 10. n. 99.*

i) Roſenth. *c.* 11. *concl.* 11. Sonsbec. *part. 13. n. 30. & 51. ibi: ſi vero bona*

*ſint confiſcata, & n. 69.* Bald. *in c.1. §. ſi vero, qual. olim feud. pot. alien. 2.F.9.* ita quoque Conſtitut. Caroli V. *ſub Rubr.* die Peen der Friedbrecher / *§.2. p. 2.* & Ordin. Cam. *tit.2. §. 2. part. 2.* nominatim deciſum eſt: vaſallo, ob violatam pacem publicam, in bannum imperii declarato, & bonis eius publicatis, ſi erga dominum feudi non ſit pax violata, ſed in alium, feuda ad fiſcum non deuolui, ſed recto tramite ad dominum reuerti, vt tamen fructus, ſaluo Iudicis moderamine, attribuantur damnum paſſo, donec bannitus cum parte læſa & fiſco compoſuerit, vel eo defuncto, agnati feudum repetierint, vel etiam filii exiſtentes cum offenſo tranſegerint, Roſent. *d.l. n.16. 17.18.19.* [Conf. Itterus *c. 24. §. 13.*]

## V.

Proprietas autem feudi, *a* quam dominium directum appellamus, vaſallo *b* ob delictum domini *c* adiudicatur *d*, ita vt feudum impoſterum iure libero & allodiali poſſideat *e*.

a) Siue illud ſit nouum, ſiue antiquum, Præpoſ. *in d. c. 1. §. domino, n. 3.* & ibidem Schenck Baro *n.2.3.4. ſi de feudo defunct. cont. ſit. 2. F. 26.* Sonsb. *part.13. n.70.* Molin. *in conſuet. par. d. §. 2. gl. 4. n. 12.* Roſenth. *c.11. concl. 20. n. 4.* Diſſ. Aluarot. *in d. §. domino, num. 3.* qui hanc inæqualitatem inter dominum & vaſallum abſonam ratus, *d. §. domino*, ad nouum feudum reſtringere ſatagit.

b) *arg. c.1. §. domino committente*, vbi Schenck Baro *n.1. ſi de feud. defunct. cont. ſit, 2. F. 26.* Zaſ. *part. 10. n. 83.*

c) Siue committatur in perſonam ipſius vaſalli, puta, ſi vaſallum verberet, occidat, iniurietur, vxorem, ſponſam adulteret, filiæ aut ſororis pudicitiam commaculet, ſiue etiam in perſonam alterius, vt ſi parricidium committat [hoc explicandum ex ſupra notatis *Diſp. XI. th. 7. lit. a.*] fratrem aut filium fratris, vt ſolus ſuccedat, interimat, ſi criminaliter damnatus ſit, & ſine dedecore in curia ſtare non poſſit, *c.1. & ibi gl. in verb. ex facto*, Iacob. de Beluiſ. Præpoſ. *num. 1.* Schenck Baro *nu. 1.* Iacob. de Ardizzo *qual. dom. propr. feud. priv. 2. F. 47.* Zaſ. *part. 10. num. 80.* Roſenth. *c. 11. concl. 20. num. 9.* Vultei. *lib. 1. feud. c. 11. num. 52.* Borcholt. *c. 8. n. 133.* Mozz. *in feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amit. num. 122.*

d) Statim & irreuocabiliter, non ſolummodo ad vitam delinquentis.

e) Dummodo ius domini ſit allodiale, puta: quando Titius ex bonis ſuis allodialibus fundum Sempronianum Mævio in feudum conceſſit, *arg.*

*arg. l. fin. C. de bon. libert. l. quî cum maior, ff. eod.* Zaſ. *part. 10. n. 83.* Schenk Baro *in d. §. domino committente, n. 1. ſi de feud. defunct. cont.* Sonsbec. *d. l.* Secus eſt quando dominus ius quod in feudum dedit, recognoſcit ab alio ſuperiore, quo caſu vaſallus quidem eximitur a ſeruitiis domini delinquentis, & iure vaſallagii, verum ius dominans non aufertur agnatis deiinquentis, vel etiam iis deficientibus, domino ſuperiori, ſiue feloniam in ipſum vaſallum, ſiue in alium commiſerit, *arg. c. 1. §. quod ergo, de inueſt. de re alien. fact. 2. F. 8. l. nemo plus, ff. de R. Iur. l. ſancimus, C. de pœn.* Roſenth. *c. 11. conc. 21.* Molin. *in conſuet. Pariſ. §. 2. gl. 4. n. 13.* Iul. Clar. *lib. 4. ſent. §. feudum, q. 72.* Sonsbec. *part. 13. n. 72.* Diſſ. Laurent. Syluan. *de feud. recogn. qu 72. n. 2. 3.* Borcholt. *c. 8. n. 153.* ſicut nec Eceleſiæ vaſallus, ab ea feudum tenens a Prælato offenſus vtcunque eo viuo, vel in adminiſtratione prælaturæ conſtituto, ab eius obedientia, obſequiis & ſeruitiis vaſallus ſit immunis, Aluar. *in c. 1. § domino, num. 6. ſi de feud. defuncti cont. ſit int. dom. & agnat.* & ibidem Schenck. Baro *n. 5.* Iacob. de Beluiſ. *n. 15.* Schrad. *p. 2. p. 9. princ. ſect. 9. num. 70.* Idem eſt, ſi Imperator, vel Rex, vel alius ſuperiorem non recognoſcens, Ducem, Marchionem, Comitem, aut alium vaſallum imperii aut regni offenderit, hi enim a iuramento quidem fidelitatis liberi ſunt, quamdiu Imperator, Rex, viuit, imperat, non autem a iure regni, Molin. *in conſu. Pariſ. § 2. gl. 4. n. 17. & ſeqq* Bald. *in l. executorem, n. 35. ff. de except. rei iud.* Schrad. *part. 2. p. 9. princ. ſect. 1. n. 72.* [vide tamen Itterum *c. 24. th. 15.* Vbi non æque vaſallum Imp. liberari poſſe a nexu feudali, recte ſtatuit. Cum feudum non tantum ab Imperatore ſed & ab Imperio habeat.] modo illud non ſit mere hereditarium, ſed electiuum, Molin. *d. l. in fin.* Roſenth. *c. 11. concl. 22. num. 3.*

## VI.

Fructus *a* quoque, feudo culpa *b* amiſſo, *c* vaſallus extantes amittiti perceptos *d* a tempore commiſſæ culpæ reſtituit: eos vero, quos ante percepit *e*, pleno iure ſuos indiſtincte *f* facit.

a) Tam induſtrialcs, quam naturales, *arg. §. etſi hereditas, Inſt. de off. Iud. l. domum, 5. l. certum, 22. C. de rei vind. illud quoq; 40. §. prædo fructus, 1 l. ſi poſſeſſor, 52 ff. de petit. hered.* Roſenth. *c. 10. concluſ. 42. num. 31.* Schrad. *p. 2 9. part. princ. ſect. 3. n. 28.* Vult. *lib. ſcholaſt. diſcept. c. 20.* Borch. *c. 7. in f. num. 95.* Rittershuſ. *in 2. part. feud. c. 6. qu. 37.*

b) Si vero ſine culpa,puta: generatione finita,feudum aperiatur, fructus,mortuo inter Kal. Martias, & Kal. Septembr. vaſallo, omnes eius anni ad heredes transmittuntur,mortuo vero eo ante Martium, vel poſt Auguſtum completum,eodem modo omnes fructus lucrabitur dominus, *arg.c.1. §.his conſequenter.* Hic finitur lex, *2.F.28.* Hartm. Piſt. *lib. 2. q.24.* Schrader. *d.loc.n.46. & ſeqq.* Roſenth. *c.10.concl.42.n.34. & ſeqq.* Balzeran. *ad d.§. his conſequenter,num.10. &* Schenck Baro *n.1.* Zaſ. *part.10. num. 109.* Sonsb. *part.10.n.9.* Borcholt. *c.7.n.95.* Fach *7. controu.95.* Vult. *d.c.* 11. *n.* 110. Covarr. *lib.1.var.reſol.c.15.n.14.* Coler. *de proceſſ.execut.part.2.c.3. num. 288.* Rittershuſ. *part.feud. 2. c.6.q.33.* Schneid. *p.6.feud.c.5.n.26.* vide etiam Intrigl. *in cent.feud.quæſt.57.num.60. & ſeqq.* Diſſ. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.1. §.1. gloſſ.8. num.*11. Cuiac. *lib.4. Feud. 20.* Eguin. Baro *ad d.§. his conſequenter.* [Idem tempus in Pomerania obſeruatur *Concl.Pom.tit. 25. concl.1.* In Marchia dies Margarethæ pro termino ſtatutus Kohl *de Succeſſ.Coniug. q.9.n.9.* In Saxonia fructus induſtriales tum retinent heredes, ſi raſtro ſubacti Carpz. *P.3. C.32. d.1.* Richter *Dec.56.n.3.* Naturales autem cum fundo ad dominum vel agnatos tranſeunt. Carpz. *d.l. def.23.* Richt. *d.l.n.10.11.*] Et hæc diſpoſitio in agnatis quoque locum habet, *arg. c. vnic.an agnat. vel fil. 2.F.45. iunct. d.c,1.§.his conſequenter. Hic finitur lex*, *2. F. 28.* Roſenth. *d.l.n.45.* Matth. de Afflict. *in d.§. his conſequenter, n.5.* Sonsb. *p.10.num.12.* Hart. Piſt. *d.qu.24.n.50.* Borch. *d.c.7.n.95.* Fach. *7.controu.95.* Vult. *d.c.11. n.110.* M.Ant. Peregr. *d.l,n.108.* Io.Koppen. *deciſ.30.n.43.* Diſſ. Zaſ. *part.10. n.107.* Weſenb. *conſ.93.n.10.* Schrad. *d.l.n.82.* ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, Schrad. *p.2.9.part.prin.ſect.3.num.48. & ſeqq.* Matth. de Afflict. *in d.§.his conſequenter,n.14.verſ.ſed quid ſi facit*, vbi quoque Schenck. Baro *n.3.* Borch. *d.c.7.n.95.* Hartm.Piſt. *d.qu.24.n.54.* Diſſ.Iſern. *in d.§. his conſequenter,n.20.verſ.vnde in hoc videtur.* & Aluarot. *n.5. verſ. quæro an diſtinctio*, & ibid. Præpoſitus *in fine.* etiamſi nondum ſint percepti, vel a ſolo ſeparati. Iſern. *d.l, num.19.verſ. quid ergo de Vindemia*, ibid. etiam Aluarot. & Præpoſ. *in fine.* Balzer. *n.10. ad d.§.his conſequenter*, Zaſ. *part. 10. in fine.* Sonsb. *part.10.n.*11. Vult. *d,c.*11. *n.* 111. *in fin.* Hartm. Piſt. *d.qu.24.n.48. & 90.* Fachin. *d.c.95.in fin.* Schrader. *d.l.num.15.* Diſſ. Bald. *in d.§. his conſequent.* Idem iuris eſt in penſionibus pecuniariis,vel frumentariis, quæ ex conductione prædiorum,aut agnatorum feudalium,mercedis loco ſoluuntur, Hart. Piſt. *quæſt.25.num.9.lib.1.* Roſenth. *d.concl. 42.n.55.* Euerhard.iun. *conſ.58. n.13.& ſeqq. vol. 1.* Diſſ. Petr. Anchoran. *conſ. 193.* cui adſtipulari videtur Fachin. *7.contr.iur.96.* Sed in aliis penſionibus,cenſibus ac reditibus certo

to tempore præſtandis, tempus præſtationi & ſolutioni definitum inſpiciendum eſſe, putamus, *arg. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſign. iunct. l. 7. §. 9. ff. ſolut. matr.* Vult. *1. F.* II. *n.* III. Fach. *d. c. 96.* Nicol. Euerh. iun. *d. conſ. 58. n. 16.* Diſſ. Hart. Piſt. *d. q. 44. n. 57. & ſeqq.* [Exiſtimat Hartm. Piſtoris diuidendos eſſe fructus pro rata temporis inter heredes defuncti & dominum ſeu agnatum: Quæ ſententia omnino vera eſt. In Saxonia tamen hæ penſiones ad Dominum vel agnatos ſpectant. Carpz. *d. C. 32. d. 19.* & Richt. *d. l. n. 12. & 13.*] confer Roſ. *d. concl. 42. n. 56. 57. 58. 59.*

c) Siue ipſo iure vaſallus ſeudo priuandus veniat, Præpoſ. *in c. 1. §. callidis, col. 2.* Matth. de Afflict. *n. 19. de prohib. feud. alic. per. Frid. 2. F. 55.* Licet dominus nondum declarauerit, quod velit vaſallum feudo priuare, Schrad. *p. 2. 9. part. prin. ſect. 3. n. 31.* Præpoſit. *in c. 1. num. 3. in fin. quib. mod. feud. am. 1. F. 5.* Iacob de S. Georg. & Zaſ. *dd. loc.* [Contrarium verius, ob ea quæ ſuper notauimus *D. XI. th. vlt. lit. a. in fin.*] Diſſ. Iſern. *in c. 1. §. ſancimus, n. 10. quo tempore miles inueſt. pet. deb. 1. F. 22.* ſiue per ſententiam, Iacob de S. Georg. *in verb. dictique vaſalli, n. 52.* Zaſ. *part. 10. n. 73.* Schenck. Baro, *d. loc.* Roſenth. *d. concl. 42. n. 24. per l. videamus, 38. §. 1. ff. de uſur. l. 1. C. de his quib. vt indign. & l. heredem, 17. ff. eod.* Diſſ. Andr. de Iſern. *d. loc.* & Præpoſ. *d. c. 1. § callidis* & late Fach. *7. controu. iur. 94.*

d) Sed & percipiendos, *arg. l. fructus, 33. l. ſi nauis, 62. §. 1. ff. de rei Vind. L. ſed ſi lege 25. §. quod autem 16. ff. de petit. hered L. Domum 5. L. Certum 22. C. de rei vind. l. 2. C. de fructib. & lit. expenſ.* M. Ant. Peregrin. *d. lo. n. 100.* Vult. *lib. diſcept. ſcholaſt. c. 20.* Menoch. *Remed. 15. recuper. poſſeſſ. n. 606.* ita vt relatio fiat ad petitoris perſonam, *arg. d. l ſi nauis, 62. §. 1. d. l. 2. C. de fructib. & lit. expenſ. l. cum ſeruus, 39. §. fructus autem, 1. ff. de legat 1. l. ſi de poſſesſione, 4. C. vnde vi, l. videamus, 38. §. in Fauiana 4. ff. de vſur, c. grauis ad nos, extr. de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *remed. 1. recuper. poſſeſſ. n. 412.* Ægid. Boſſ. *in prax. crim. tit. de plurib. violent. num. 32.* Diſſ. Bart. *in l. & ex diuerſo, 35. num. 4. ff. de rei vind.* Sichard. *in d. l. domum. num. 4. C. eod.* Coſtal. *ad. l. in ſumma 65. §. frumento, 6. ff. de condict. indebiti,* M. Anton. Peregrin. *d. loc. num. 132.* [Conf. Struv. *c. 13. th. 17. n. 5. & c. 15. th. 11. n. 4. & 5.*]

